



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Casparis Ziegleri De Episcopis eorumq[ue] juribus,
privilegiis, & vivendi ratione, Liber Commentarius**

Ziegler, Kaspar

Norimbergæ, 1686

Ad Zieglervm Svmmvm cum de Episcopis commentarium ederet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61543](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61543)

Ad
ZIEGLERVM SVMMVM
cum de Episcopis commentarium
ederet.

Alternante animi variè discerpimur æstu,
Dissipat & totam passim dubitatio mentem.
Maximè VIR, tanti mensuram nominis implens
Non modo; sed longe superans ingentibus ausis,
Anne Tuas, quas nemo potest æquare canendo
Aggrediar laudes; an verò simplice cultu
Fungar, & exili res magnas eloquar ore?
Hinc veri ratio stat enim, totamq; profundè
Lancem inclinat amor meritis tot debitus, illuc
Sequior interpres, corruptaq; secla veneno
Invidia impellunt, quamvis Tibi doctior orbis
Ingenii fascēs dudum submiserit omnes.
Ecquid enim toto tam vasta scientia peplo
Explicat intextum, Tibi quod non seruiat uni?
Veridicum os Themidis testor, sanctumq; tribunal
Theologie! testor sophies arcana profundæ!
Cetera quid memorem? vel Solus EPISCOPVS implet
Famæ vela Tuæ, Solus Tibi mancipat omnes
Cunctorum plausus, Tibi justam commouet urnam
Et præjudiciis Livorem ingentibus ipsum
Strangulat. O utinam mens hæc contermina cœlo
Sero cognatis sese intermiscet astris!

Witteb. 24. April.
A. 1685.

Jo. Frid. Mayer, Doctor
& Professor Theologus Universit.
Wittebergensis h. t. Rector.

)()()(2

Sum-